

niculis nascitur, substantia rarus, tenuis, levis, atq; colore cãdidissimus, necesse est quod Halosanthos huiusmodi salis flos non sit, quippe cum etiam substantia plurimùm differat. sal enim atq; ipsius flos siccissimã & terrestrem habent substantiam: Halòs anthos verò, pinguem, aëreamq; atq; in oleo (aliarum pinguedinum modo) dissolubilem, quæ proprietas à sale est quàm alienissima. Cum itaque hoc medicamentum tanto interuallo à sale eiusq; flore distet, non immeritò Plinius culpandus est, & omnes Plinius reprehensus. eius sectatores, quòd Halòs anthos salis florem sunt interpretati. Nam ipse Plinius qualis & quid esset verus salis flos, libro 31. cap. 7. manifestè declaravit, statimq; subdit: Et flos quidem salis in totum diuersa res humidiorisq; naturæ, & c. ipsum medicamentum, quod Halòs anthos vocatur, absq; vllo dubio intelligens. non enim Græco huius medicamenti nomine, sed